Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ante ponunt impios. Verum tamen neque ibi pudicitia remouetur; iustitia sacrilegio neque hic nuptie uirginitati; fides impietati perfert. Ad hoc enim iustitia cum operetur pudent ut tamque bonum diuinum quod iustum æquum et seruus corporibus prebeant ad hoc enim sacrilegi reuuant ut demonibus seruiant. Sic ad hoc nubunt fideles ut martis publice copulentur ad hoc enim sunt uirgines impie ut auero dono fornicentur. Sic enim bonum erat quod martha faciebat occupata circa ministerium seruos; melius quod maria soror eius sedens ad pedes domini audiens uerbum eius. Ita bonum fuit sanctimonia castitatis laudantur; tamen bonum eius uidue anne [illegible] multo magis maria uirginis ante ponunt. Bonum erat quod faciebant quod subiuga sua xpo ac discipulis eius necessaria ministrabant; melius quia omnia sua subiecerunt ut expeditiores eundem dominum sequerentur. In his autem binis bonis siue quia iuste siue quia martha et maria faciebant fieri non posset quod melius esset nisi alterum permisso aut reluctante. Unde intelligendum est non idcirco malum putandum nuptias quia non ab eis abstineat non potest habi uidualis castitas aut uirginalis integritas. Neque enim idcirco malum erat quod martha faciebat quia non inde abstineret soror eius non faceret quod melius erat aut idcirco malum est suscipere iustum aut ypam in domum suam quia nec domum habere debet ut quod melius est faciat quia uult ad perfectionem xpm sequi. Sane uidendum est alia bona nobis dominum dare quia per se ipsa expetenda sunt sicut est sapientia salus amicicie alia quia propter aliquid sunt necessaria sicut doctrina cibus potus somnus iugum cubitus. Hoc quidem enim necessaria sunt propter sapientiam sicut doctrina quidem propter salutem sicut cibus et potus et somnus et quidam propter amicitiam sicut nuptie et cubitus. Hunc enim substitutum propagatio generis humani inque societas amicitiis magnum bonum est; his itaque bonis quia propter aliud necessaria sunt quin ad hoc uniuersitas propter quod instituta sunt peccat aliasque inhaliter.

127